



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Samuelis Rachelii Additamenta ad literas Montaltii, & Notas Wendrokii
editas denuo Helmstadii, tanq. calumniis referta, confutantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

rem repuli, qui per fas & nefas dira omnia & atrocita in tentat; quod per leges semper licuit; cum vel ipse sapiens moneat, stulto respondendum esse, juxta illius stultitiam.

IV. Sed jam ad tuum examen propius accedo; 1. cap. statim exagitas Academicos, Pyrrhonios; scepticos, ludisque lucretii versibus; hæc ultro damus, quæ nihil ad nos; quod autem Probabilistas Rabbini asserentibus Deum contradictoria dicere posse, affimiles, stultum dictum est; quis enim talia ex Germanis Probabilistis. cap. 2. ut occasionem scripturarum à Montaltio Epistolarum aperias, repetis ab ovo controverfiam de Auxiliis inter Molinam & Thomistas, quibus, ut ais, Janfenius accessit, ejus damnationem Jesuitæ procurarunt; scæter mendaciis tota varratio; falsum est, Janfenium Thomistas accessisse, quos potius ut Aristotelicos, quàm Augustinianos non semel lusit; Thomistæ autem Janfenii errores damnare non dubitant, nec illum pro suo, sed pro Calvinii fœcio agnoscunt; quod dicis, Jesuitas procurasse Janfenii damnationem, jurarem à te non credi, Jesuitas tanta esse auctoritate: res notoria est; sed in hoc etiam Janfenistis ad stipularis, quibus solenne est, in notoriis mentiri. cap. 3. discutis, quid sit probabilitas ex Aristotele, & cap. 4. agis de scientia, fide, opinione; sed ut quid perditio hæc; nihil enim hic habes, nisi vulgaris, trita & cunctis nota. Item cap. 5. de pia affectione voluntatis, & cap. 6. de latitudine probabilitatis in moralibus; sed in his nihil ad rem; saltem nihil contra nos. cap. 7. agis de demonstrationibus practicis moralibus. 8. de conscientia in genere, ubi contendis, conscientiam non esse regulam propriam, sed vel tranquillitatem animi, si bona est, vel si mala, extremam, infelicitatem; solam autem legem vis regulam esse; sed cuncta hæc ineptæ, & parum ad rem; conscientia autem est regula proxima, lex autem remota; ut vel ipsi tyronibus constat; illa enim proximè dirigit actus morales, quamvis alioquin funderetur in leges; quod verò dicis, de tranquillitate animi, pueriliter hallucinatis; nempe conscientia propriè sumpta est judicium practicum, quod proximè dirigit operationem moralem; ac proinde illam antecedit; quamquam aliquando accipitur minus propriè pro judicio speculativo subsequente opus, quo dicitur al. quis, sibi conscius, aut peccati, aut actus boni; si hoc, tranquillitas animi; si verò illud, perturbatio consequitur; hæc pauca satis evincunt, quàm sis rerum istarum peritus.

V. Cap. 9. inter alias cautelæ, seu regulas, hanc potissimum statuis, quod nulla opinio falsa, quamvis alioquin sit probabilis, eximat culpæ; quia quisquis falsum sequitur, ab æterna veritate recedit, igitur peccat; nego primò, eum falsum sequi in praxi, qui aliquam opinionem verè ac certò probabilem ad usum reducit; licet enim judicium speculativum falsum sit, id est, ipsa opinio, practicum tamen verum est, immo & certum. 2. Quisquis sequitur falsum in praxi per ignorantiam invincibilem, recedit à verò per intellectum, non tamen à bono per voluntatem; quæ fertur in bonum, non ut re ipsa est, sed ut representatur; plerique autem volunt, in opinione, verè probabilis ignorantiam invincibilem intercedere; ego fortè non item, unde sisto in priorè responsione; quod autem pertinet ad pronuntiatum illud Janfenisticum, seu Calvinisticum, quod scilicet nulla opinio verè probabilis falsa eximat culpæ, jam rejectum est in notis not. 1. sect. 2. 3. 4. 2. & hic non repeto; immo inderetè deducere, nullam omni-

no probabilem opinionem eximere culpæ, non falsam, ut patet; non veram, quia cum nesciam, an vera sit, aut falsa, expono me periculo errandi, ac proinde de peccato.

VI. Cap. 10. Calvinistarum effata congestis, excerpta ex litteris Montaltii, & Parochorum scriptis; sed jam hæc abundè discussa; & frustra iterum; præsertim cum merè sint imposturæ, ut luce meridiana clarius constat; quid enim scurræ ille non addidit, non detraxit, non mutavit, non affinxit? quorum supradictorum convicius est; tu etiam aliqua de tuo; hoc enim tuis solenne est: subdis, tempestatem in Gallienatam, occasione Apologie, de qua jam supra, ut sese, inquis, opposuerunt, quotquot aliquam pietatis & bonorum morum estimationem amabant, tuum in hac causa testimonium nullius, momentè, tot scilicet exceptionibus obnoxium; si fidem dices prius, ut de moribus rectè ratio cineris. Ultimo dum capite totus truculentus, in Jesuitas, more vestro, invehis, illa omnia evomis & effusis, quæ ror suggessit, & plusquam canina rabies dictarum opinionum utrimque probabiles, quas Eusebii congestis, & problematicæ illæ decisiones, est, si licet, non licet, obligat, non obligat, aliaque; huiusmodi propositiones speculative, ita tibi stomachum moverunt, ut puram bilem effutire videaris, commoverem istam minimè intelligas, nec judicium speculativum à practico distinguere scias; malè autem theos Catholicos vocas, qui antiquam fidem retinuerunt; hoc enim vobis aliisque hæreticis potiori jure competit, qui singulis fere lustris, fidem & religionem mutant; jam dixi supra librum Apologie ab Alexandro VII. prohibitum quidem fuisse, nullam tamen doctrinam contentè mentionem factam; dicis, à te dubitari, an Jesuitæ huic decreto obsequenti sint; cui quæso decreto? an quisquam negare ausit, librum illum esse prohibitum; quid quæso aliud decernitur? quæ doctrina damnatur in eo decreto? ridiculum porro est, ab uno de Lutheri, aut Calvinii grege Jesuitis opponi, quod Romani censuras spernant; dictum illud vargas hominis Jesuitæ insensibilissimi, ut notorium est; nullius auctoritate reseratur; nimis sententiam utcumque abutendo semel probatam, à sociis defendendam esse; Jesuitarum constantia te non parum afficit; in retinendis Patrum nostrorum placitis; in servanda religione intacta, in propugnanda contra Lutherum & Calvinum Ecclesia; Germania ut turè scis, & velle non semel expostularunt, non parum tuis debet, pro tam multis civitatibus & provinciis ab ea pellite, vel in demnibus servatis, vel deinde liberatis.

VII. Quod autem Jesuitæ crimina licita faciant, ob quæ Deus excidium civitatibus minatur, quod probitatis specie, vitis omnibus fenestram aperiant latissimè, quod disciplinam omnem tollant, usque ex foro & iudiciis exigant, & summa imis miscant, opinionum suarum probabilium opera; quod periculosum nihil aliud refter in re, nisi ut exequia illi percutitur; quod admissa illa probabilitatis hypothesi, principum in manu illorum omnium sit, qui peccatissimum hoc dogma sectantur; quod præcipue Jesuitarum Doctores ut Bellarmin. Suar. Molin. Less. Valsg. Becanus & reliqui omnes infanda & nefanda quæpiam super hoc permittant; unde rerum publicarum rectores magno in discrimine versantur, quod in legibus satis præfidi non sit, adversus eos qui se probabiliter obligatos, & probabiliter deobligatos credunt; nec etiam in armis, contra eos qui

